







16  
CC.  
1789, 4

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE DOTE  
EX NATVRA DONATIONIS REVOCANDA

QVAM

P. 370.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPE ET DOMINO

DOMINO

**GVILIELMO IX.**

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQ.

EX INDVLTV

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

VT

DOCTORIS I. V.

DIGNITATEM

LEGITIME CONSEQVATVR

BENIGNO ACADEMIAE PROCERVVM EXAMINI

DIE X. AVG. MDCC LXXXIX.

PVBLICE DEFENDENDAM

SVMITTET

**CAROLVS FRIDERICVS WITTICH**

CASSELLIS HASSVS

AVCTOR.

MARBVIRGI

TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.





Dum licet, in rebus iucundis vive  
beatus,

HORAT. Satyr. L. II. C. VI.

§. 96.

Fortiaque aduersis opponite pectora  
rebus.

Idem, l. cit. C. II. §. 135.



SERENISSIMO CELSISSIMO  
AC  
POTENTISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
GVILIELMO IX.  
HASSIAE LANDGRAVIO,  
PRINCIPI HERSFELDIAE,  
COMITI CATTIMELIBOCI, DECIAE,  
ZIEGENHAINAE, NIDDAE,  
SCHAVMBVIRGI ET  
HANOVIAE  
PRINCIPI AC DOMINO  
SVO  
CLEMENTISSIMO  
PATRI PATRIAE OPTIMO  
MV SARVM FAVTORI INDVLGENTISSIMO  
ATQVE  
NVTRITORI MVNIFICENTISSIMO



OMNEM ATQVE DIVTISSIMAM FELICITATEM  
PIE VOVENS ARDENTISSIMEQVE PRECATVS  
LABORVM HASCE PRIMITIAS

SVMMA, QVA PAR EST, SVBIECTIONE  
ANIMIQUE SVBMISSIONE  
DEMISSISSIME

DAT, DEDICAT, DICAT

AC

VERECVNDE

CONSECRAT

SERENISSIMI EXCELSISSIMIQVE  
HVIVS NOMINIS

CVLTOR DEVOTISSIMVS

CAROLVS FRIDERICVS WITTICH.





# LECTORI BENEVOLO

SALVTEM PLVRIMAM DICIT

CAROL. FRID. WITTICH.

**P**roprio Marte qui elaboratam prelo mandauimus  
dissertationem, quae nobis instituti sit ratio, ex titulo  
iam innotuit. Huic itaque cum non sit immorandum,  
id tantum meminisse iuuabit, nos nil magis optare,  
quam ut, Lector beneuole, si non benigni, aequi tamen  
boniue in illa diiudicanda iudicis fungaris officio. Re-  
ceptis enim ab opinionibus vbique fere nos discessisse,  
libertati ignoscere velis academicae, maxime cum iuris  
auctoritate nos nullibi destitutos esse videas. — Ceterum  
vale melioraque exspectans, conatibus fave.



# SPECIMEN INAVGVRALE

## EXHIBET

PART. GENERAL. Praecognita, in iisque

SECT. I. De fine, notione atque iuribus matrimonii. Huius

I. finis §. 1.

1. quis inspiciendus? §. 2.

2. quis? §. 3.

II. Notio

1. iure naturali quae? §. 4.

2. iure positivo

a. quae? §. 5.

β. hinc quid inferendum? §. 6.

SECT. II. De dote quaedam

CAP. I. eius indole ac constitutione, scilicet

I. quid sit? §. 7.

II. a quibus ex iuris constituatur necessitate? §. 8.

CAP. II. donationibus dotis quatenus accedat natura

I. quae hic seruanda distinctio? §. 9.

II. dos quando donatio vocari meretur? §. 10.

PART. SPECIAL. tractationem

SECT. I. ipsam, in eaque

CAP. I. donationem reuocandi caussarum in genere fundamentum atque effectum, speciatim

I. earum fundamentum §. 11.

1. remotum

a. quid? §. 12.

b. clausulae rebus sic stantibus quae indoles?  
§. 13.

2. proximum quotuplex? §. 14.

II. ipsae



FILVM DISSERTATIONIS.

II. ipsas causas, inter quas

1. ingratitude

a. exempla

a. quae? §. 15.

β. quid de similibus statuendum? §. ead.

b. quis effectus? §. 16.

2. indigentia donantis

a. quotuplex? §. 17.

a. circa propriam quid obtinet? §. 18.

β. circa alienam quid

A. in genere? §. 19.

B. liberorum §. 20.

a. tempore factae donationis existantium? §. 21.

b. superuenientium §. 22.

aa. ex rei natura? §. 23.

bb. de iure civili? §. 24.

b. quo gaudet effectus

a. in genere? §. 25.

β. in specie quid de ipsius L. 8. Cod. de reuoc. donat. vsu sentiendum? §. 26.

CAP. II. De dote ex natura donationis vi clausulae rebus sic stantibus reuocanda, ibique

I. generalia quaedam

1. de dominii reuocabilis distinctione

a. in genere. §. 27.

b. ad clausulam rebus sic stantibus applicanda §. 28.

2. de



FILVM DISSERTATIONIS.

2. de dotis

a. dominio ciuilj. §. 29.

b. ratione domini naturalis varia constitutione

§. 30.

II. specialia de dote

I. reuocanda

a. ob dotantis inopiam. §. 31.

b. ob ingratitude, quoad dominium

a. ciuile. §. 32.

β. naturale. §. 33.

2. reuocata. §. 34. Addere deinde, placuit,

SECT. II. Incidentia quaedam

MEMBR. I. De personis, quae per clausulam rebus sic stanti-  
bus iure reuocandi gaudent §. 35.

MEMBR. II. De renunciationis iustitia et effectu, et quidem eius

I. de effectu in genere §. 36.

II. in specie

I. quoad ingratitude

a. iustitia. §. 37.

b. effectu. §. 38.

2. quoad donantis indigentiam §. 39.

MEMBR. III. De probatione intuitu clausulae r. f. ff. susci-  
pienda. §. 40.

MEMBR. IV. De remediis ob clausulam r. f. ff. donanti com-  
petentibus §. 41.





DISSERTATIO  
DE DOTE EX NATURA DONA-  
TIONIS REVOCANDA.

---

---

*PARS GENERALIS*

CONTINENS

*PRAECOGNITA.*

---

SECTIO I.

DE FINE, NOTIONE ATQVE IVRIBVS  
MATRIMONII.

---

§. I.

**I**psum dissertationis antequam adeamus *Matrimo-*  
argumentum, dos, cuius vocem id in facie *ni*  
ferre vides, cum, inter ea quod ponatur, *I. finis*

A

ne-



*homine pluribus sustinendis personis, dubio  
fatis carere nobis videatur.*

- a) Diff. HOMMEL Diff. *matrimon. sine proposito  
sobolem procreandi legitimum*, in *Raps. Vol. I.*  
*Obs* 391. cuiusque miram  
ill. ROBERT *tr. cit. Sect. I. §. 4. C. 20.*

scite notavit sententiam,

**Joh. Bapt. Anthes** zufällige Gedank.  
vom Zweck der Ehe und von deren Begriff,  
S. 97. Franckf. am Mayn 1774. 8.

- b) Dissentiunt, qui libidinis legitimam extinctionem  
finem matrimonii esse censent primarium.

**Schott** *Ehe-Recht*, §. 66. not. n. iv.

- c) In abstracto scilicet, non in concreto. Qua ratione  
dubium optime refellitur, quod suggerit

*L. I. D. de ritu nupt. §. 1. I. de patr. potest.*

**Schott** § 65. in not.

- d) Absque eo fine si contrahitur societas, nulla ma-  
trimonii specialia ei sunt tribuenda iura, licet  
peractis semel solennitatibus vel praesumptio pro  
eodem militet vel in salutem reipublicae spe-  
retur.

- e) Exemplum interdum foemina mercatrix exhibet  
mercatori nubens, quae num sexus fruatur bene-  
ficiis, dubium. — Vid.

perill, *DE SELCHOW EL. I. G. P. Sp. L. I.*

*C. I. S. I. §. 75. edit. VII.*



## §. 3.

Illum ergo *principalem* atque *primarium*, 2. *quis?*  
vt paucis recte discutiamus finem, aequè ac  
in omni, cuius homines adstringuntur *socie-*  
*tatis personarum*, vinculo, nobis quidem  
iudicibus, rei ipsius praecipue fauente natura,  
ad eas, quae illo confociantur, *personas*, *ob-*  
*iecti a)* ab vtraque parte *neccessario conferendi*  
quodammodo habita ratione, *b)* hoc loco  
vnicè respiciendum putamus. Quae si quis  
accuratius paululum perspexerit, primo visu  
mentem, *cur mas non celebret matrimonium*  
*cum mare*, *cur eo iungi foeminae prohibeatur*  
*foemina*, *cur diuersitate opus sit sexus?* —  
summi ponderis incurret quaestio, ad quam,  
qua orta est, eadem quoque facilitate, sana  
cuius operas suppeditante ratione, respon-  
debit, ea omnia, *ne sobolis deficiat procrean-*  
*dae facultas*, rei ipsius sibi constituisse videri  
naturam. *c)*

a) Quo vel ab initio vel ex post ab alterutra parte  
deficiente, licet vitii gnara altera pars consen-  
serit,



PART. GENER. SECT. I.

ferit, non solum eam a contrahendo, sed continuando quoque matrimonio arceri, idque pro nullo declarandum suos omnes amittere effectus, recte sentit

WERNHER *Obseru. for.* P. 3. *Obs.* 39 p. 85  
seq. P. 2. *Obs.* 392 p. 742. P. 3. *Obs.* 174. p.  
498 seq. P. 9. *Obs.* 202. p. 360.

Quoad impuberes ex iure romano vid.

L. 4. D. de ritu nupt. §. I. I. eod. i. pr. I. quib.  
mod. tutela fnitur.

de iure canonico quid iuris, docuit papa  
c. 3. x. de despons. impub. i. c. 9. x. eod.

LEYSER *medit. ad Dig.* Sp. 297. m. 7. 8.

Qui non coeundi, sed generandi facultate destituti sunt, eosdem cum vitii eius gnaris matrimonium contrahere posse, male sentire videtur

MENKEN *syst. iur. ciu.* L. 23. t. 2. §. 16.

cum

STRYK. ad *Brunnem. i. eccles.* L. 2. C. 17. ad  
§. 2. p. 665.

- b) Matrimonium enim quodammodo ad rerum accedere videtur societatem, quam de re *operae* ad communem finem obtinendum conferenda, constituere noscimus contractum.
- c) Sobolis procreatione deficiente, nullum matrimonium existere censemus. N. obft.  
c. 5. x. de frigid. et malef.

§. 4.



## §. 4.

Quae itaque quaeris, quae nobis erant demonstranda, ea in promptu eademque adsunt. Liberos procreationem a) finem matrimonii esse, vides, *primarium, praecipuum* eumque *essentialem*, ita, vt ab omni *accidentali* tibi abstinendum, nec vlli inhaerendum sit amplius *secundario*, b) aut *confectario*. c) Ad *substantiam* d) matrimonii, per rei naturam, illum propterea cum pertinere scias, eius iustam, regulisque logicis conformem tibi facile formabis *notionem*; atque *iuris naturalis* matrimonium, *societatem plurium hominum diuersi sexus, ad procreandam sobolem* in vitam, e) non esse neganti omnis lubenter assentiet, nec iam ad *numerum* f) personarum coeuntium, nec *modum* coeundi respiciens g).

II. notio.  
I. iure  
naturali  
quae?

- a) Iunge quae §. 2. not. adduximus quarta. — Sed pactum de non coeundo inter partes quid operatur in vitam? — Per rei naturam cum matrimonii sublatis essentialibus atque substantialibus,



bus, omnem eius euertat existentiam, mutuo  
dissensu vt omnis tollitur societas, per illud  
quoque dissolui censemus coniugium; idque nul-  
lum ab initio tum adeo tibi adfuisse persuadebis,  
cum iam in contrahenda societate ea placuerunt  
paciscentibus. Qui vero cum legibus posituius  
saluberrime ita sit iuris naturalis limitatus rigor,  
vt ex iusta tantum causa, minime vero pro-  
lubitu, id partes, quo adstringuntur, matrimonii  
dissoluere queant vinculum, pactum illud quin  
prorsus sit nullum atque inualidum, eoque non  
obstante iura coniugii quaelibet alter coniugum  
exercere queat in alterum, non dubitabis, licet  
ad eadem exercenda quod absolute non cogen-  
dus, rei ipsius doceat natura.

- b) Quem a primario sedulo distinguendum, monet  
illustr. ROBERT *tr. cit.* S. I. §. 4. p. 20.  
c) Qua in re eos intelligimus dissentire, qui procrea-  
tioni sobolis eiusdem in coniugii notione iun-  
gunt educationem, e. g.

ACHENWALL *iur. nat.* P. II. S. II. t. I. §. 41.

- d) Ea, quae §. I. adduximus, iungendo, non dubi-  
tabis, quin finis matrimonii eiusdem constituat  
essentiam.  
e) Omnia huic notioni abesse vides secundaria atque  
accidentalialia, inter quae cum iure naturali in-  
diuiduam vitae pertinere censemus consuetu-  
dinem, optimo iure hic eandem duximus omit-  
ten-



DE MATRIM. FINE, NOTIONE ETC. 9

tendam. Quid per illud enim impedit, quominus ad tempus iniri queat matrimonium? nisi ius illi derogauerit positium.

Schott Ehe-Recht, §. 70. p. 136 seq.

De transactione iure naturali aduersus matrimonium licita, confer.

WERNHER *Obs. for. P. I. O. 59. n. 3.*

- f) Iure naturali polygamiam simultaneam non esse illicitam, docuit scriptorum ea de re afferens copiam

Höpfner *Naturrecht, 2. Buch, 2. Cap. §. 155.*

Adde ill. ROBERT *tr. cit. S. I. §. 2. p. 12.*

iuncto ACHENWALL *iur. nat. P. II. S. II. t. I. §. 46. not.*

- g) Vt quamuis conventionem, ita matrimonium quoque mutuo iniri consensu, mutuoque dissolui dissensu, recte iuris naturalis secuti principia docuerunt romani.

*L. 35. D. de reg. iuris. L. 100. D. eod. i.*

*L. 62. pr. D. de donat. int. vir. et uxorem.*

*L. 6. D. de diuort. et rep. conf. Nou. 140. c. 1.*

Eadem primos Christianos seruasse, testatur

Schott *Ehe-Recht, §. 216. n. 3.*

§. 5.

Quod *utrumque* vero, ne hominum <sup>2</sup> *iure civili*  
vagus sit coitus, ne nullis limitibus haec sit <sup>a)</sup> *quae?*

B

cir-



circumscripta coniunctio, ob mala alias quoad educationem *a)* sobolis procreatae, igiturque in rempublicam redundantia, legibus ciuilibus, quod vel pueri puellaeque sciunt, sedulo cum sit determinatum atque stabilitum, ad id vt iure ciuili seu saeculari matrimonium subsistat, legitime, id est, non neglectis iis, quae leges tam quoad *numerum*, quam intuitu *modi* sanxerunt, praeceptis, illud esse incundum, sat cuius elucet. Quorum cum *illum* duobus, *b)* hunc vero norma, videas, legibus contineri praescripta, *c)* nisi *hac seruata inter foeminam unicam atque masculum unicum sobolis contrahatur procreandae caussa*, matrimonii *iuris positivi* omnem deesse intelligimus notionem. *d)*

*a)* Quo praeterea intuitu sanitatis corporis non minus, quam animi, vagus iste hominum pessimo gaudeat effectu coitus, quotidiana tristissima docuere docentque exempla.

*b)* Conf. ea quae de iure naturali stricto not. e. adduximus §. anteced.

*c)* Quoad



Quoad nuptias non tantum, sed sponsaliorum intuitu quoque quasdam leges seruandas statuerunt solennitates. Quibus neglectis qua clandestina omni prorsus destitui videmus effectum sponsalia, licet iisdem accesserit concubitus. Vid. Perill. DE SELCHOW Elem. I. G. P. Spec. L. II. C. I. S. I. T. II. §. 294. not. 2. edit. VII. Quatenus vero aut secundum leges ecclesiasticas, aut saeculares, aut iisdem omnibus simul seruatis contrahitur matrimonium, in ratum id dispefcitur atque legitimum. Quarum ex illis enasci nobis videtur, quam nuptiis inesse scimus, sanctitas. — Incidenter notandum, sponsalia a nuptiis vt *ius ad rem* a iure differre *in re*, ita, vt illis illud, his vero hoc adquiri, censeamus. Sponsalia itaque non tribuunt ius sponsum sponsamue ab eo *vindicandi*, cui alterutra iusto iuncta est matrimonio persona, cum e contrario qui legitimam sibi confociauit vxorem, eandem, *licet bigamiae ream*, a quocunq; possessore vindicare non prohibeatur. Confer.

C. 3. causs. 30. qu. 5. cap. 2. x. de sponsal.

L. 1. D. de sponsal. i. C. C. C. art. 121.

Alii habent alia. Videantur

Schoett im Ehe, Recht, §. 141. p. 281.  
ibique allegati.

NB. Loquimur de sponsalibus de futuro, non de praesenti, quam distinctionem optime primus exposuit



I. H. BOEHMER *Diff. de incongrua praxi doctrinae de sponsalibus de futuro et de praesenti, in foro prot. Halae 1712.*

Praeter solennitates, intuitu qualitatis personarum coeuntium quoque, normam legibus videmus praescriptam, quarum alias esse diuinas, alias vero, scimus, esse humanas. Illarum num stricte sit inhaerendum verbis, an ad gradum rectius extendantur, eam circa quaestionem, quam docti mouerunt litem, medium, in ea diiudicanda tenentem non errare censemus.

LEV. XVIII. et XX.

MENKEN *syst. iur. ciu. L. 23. S. 2. §. 19.*

d) Confer. dissentiens

Schott *Ehe. Recht, §. 65.*

Sed videatur, intuitu mutui adiutorii §. 4. not. b.

§. 6.

b) hinc  
quid inferendum?

Hac in re, cum reipublicae, cuius vrbes non moenia, sed ciues constituunt, multum interesse a) sciamus, proptereaue legitimis matrimoniis tot tantasque legibus non solum antiquioribus, b) sed quoque nouioribus c) esse indultas praerogatiuas atque pereximiis privilegiis ad ineundas, quae tanto, quo colantur, dignae sunt iuris fauore, d) nuptias



tias *inuitari ciues*, nemo iam miretur; iura inter hæc autem, ad promouendam, nuptiis quæ sit, legitimam hominum procreationem sancita, summus *doti* cum debeatur locus, quantum nostro argumento, nostræque sufficit intentioni, de illius natura et indole, pro exiguo virium nostrarum modo, in partis huius generalis altera sectione, breuiter differere placet.

- a) Confer. Schott *Ehe Rechte*, §. 13 seqq.  
 Illustr. ROBERT *tr. cit. præcog.* §. I.  
 Illustr. IOH. ANDR. HOFMANN *Handb. des t. Ehe-R.* Jena 1789. præf.
- b) Vid. HEINECCIUS *synt. antiq. L. I. t. 25.* §. 6—8.
- c) Conf. perill. DE SELCHOW *Elem. I. G.* §. 289.  
 Illustr. I. A. HOFMANN *l. c. Sect. 2.* pag. 21 seq.  
*Sect. II — 43.*
- d) Quod confectariis illustrat  
 WERNHER *Obseru. for. P. 1. Obs.* 43. p. 6a.  
*Obs.* 59. n. 2. *Obs.* 204. n. 87. p. 379.  
 MEV. P. 2. *decif.* 356. n. 2. i. P. 4. *decif.* 108.  
 n. 10. P. 6. *decif.* 219.

## SECTIO





SECTIO II.  
DE DOTIS NATVRA ET INDOLE.

CAPVT I.

DE INDOLE ATQVE CONSTITVTIONE  
DOTIS IN GENERE.

§. 7.

Dot in ge-  
nere.  
t. quid?

Dotis non minus, quam matrimonii, cum in explicanda indole, diuersas quodammodo sententias tueantur Doctores, a) nobis ea de re quid, quomodoque *illius* optime videatur esse definienda notio, breuiter, quo supra vsi sumus, ordine, hic duximus exponendum. Eundem itaque si quis inspexerit, ex quo iam hausimus fonte, *finemque* scilicet intueatur, dum non nisi *ad ferenda matrimonii dari onera*, b) eamque ipsi, intelliget, esse naturam, vt *hunc* in finem c) a marito possideatur, quidquid *ea* ipsi confertur, eademque ab ipso accipitur intentione, *dotis* nomine quin insigniri mereatur, nullus dubitabit. d)

a) WE-



CAP. I. DE INDOLE ATQVE CONSTITVT. 15

- a) WESENBECC. ad *Dig. tit. de i. d. n. 2.*  
HAHN ad l. c.
- b) L. 20. pr. C. de donat. ant. nupt. L. 7. pr. de i. d.  
WERNHER P. I. *Obs.* 221. p. 489. P. 2.  
*Obs.* 439. p. 874.  
add.  
L. 76. in f. D. de i. dot. i. L. 56. §. I. D. eod.  
L. 23. C. eod. L. 3. D. de i. dot. i. L. 39. D. eod.  
Fines alios exhibet HAHN ad W. l. c. n. I.
- c) Vid. SCHAUMBVRG. ad *Str. L. I. t. 8. aph. II.*
- d) De, dotis intuitu constituendae, variis gentium moribus conf.  
GOTHOFRED. ad L. I. in f. D. sol. matr. litt. i.  
HAHN ad W. L. 23. t. 3. n. 2.  
Eius autem a paraphernalibus bellissime exhibet differentiam HVBER ad *Dig. L. 23. t. 3. n. I.*

§. 8.

Ne denique, num ab vxore an aliis, vel <sup>2. a quibus</sup> iuris dotem constitui necessitate, vel sine ea, <sup>ex iuris</sup> *aliquid interesse*, dicam, aliasque vt taceam, <sup>constituitur necessitate?</sup> huc quae non pertinent, dotis distinctiones, haec inter *alimenta a) ciuilia* quin referenda, dubio fere omni cum carere videatur, neminem, nisi, qui *haec, illam constituere obligari,*



*gari, b) nec qui praevio pacto de dotando, huius satisfaciunt obligationi, hunc in numerum pertinere, non praetermittendum esse censuimus.*

a) Diff. quodammodo

GAIL. L. 2. *Obs.* 95. n. 15.

CARPZOV. *dec.* 173. n. 16.

Videatur tamen

L. 6. C. de *pacif. conu.*

b) Confer.

L. 5. §. 14. L. 8. D. de *agnoscend. et al. liber.*

L. 34. D. de *negot. gestis.*

iuncta

L. 19. D. de *ritu nupt.* L. *fin.* C. de *dot. prom.*

Dissentit

WERNHER. *Obs. for. P.* 5. O. 127. p. 187 sq.

SCHAVMBURG. ad *Struv. L. I. t. 8. aph. I.*

Videatur tamen

HOMBERGK *diff. de obligatione patris ad constituendam dotem non promiss.* Marb. 1770.

Add.

L. 5. §. 2. et 4. L. 8. D. de *agnosc. e. alend. liber.*

iuncta

L. 14. *Cod. de iure dot.*

Videatur denique

L. 5. §. 11. D. de *agnosc. et alend.*



CAPVT II.

DONATIONIBVS QVATENVS DOTIS  
ACCEDAT NATVRA.

§. 9.

Leges, in donationibus obuiaie, suam qua-  
tenus in dotis natura praestent vtilitatem, x. quae hic  
dotis atten-  
denda di-  
stinctio?  
indagaturis, vt sensim ad tractationis acceda-  
mus argumentum, in quantum *donationis*  
*nomine* illa, quae insigniatur, digna sit, paucis  
cum videatur tradendum, in eaque diiudi-  
canda quaestione, summa dotis *necessariae a*  
*voluntariae*, hoc loco se exserat, differentia,  
circa *hanc* quomodo res sese habeat, paucis  
quidem, ita tamen erit videndum, vt necessa-  
riae explanationem, cum ex voluntariae in-  
dole optime perspici possit, atque a mente  
nostra prorsus aliena, non nisi paginarum  
inferuiret augendae copiae, hic optimo iure  
omittendam, censeamus.

C

§. 10.



§. 10.

2. dos quan-  
do donatio  
vocari me-  
retur?

Quod itaque ad *voluntariam* s. *quae nullo datur perfecto iure cogente*, a) ex eius modo tradita adiectione, *donationis* eam, cum *gratis* b) atque ab initio *non reservato* datur vel promittitur c) *dominio*, d) sapere naturam, in aperto est, e) siue id de vni-versa dote, siue ipsius parte sit praedicandum. f)

a) L. 29. pr. D. de donat. L. 82. D. de Reg. i. i. L. 33. D. de i. dot.

b) L. 27. D. de donat.

c) accedente scilicet acceptatione, cum nolenti non acquiratur liberalitas.

L. 19. §. 2. D. de donat. L. 55. D. de O. et A. i. L. 10. C. de donat.

WERNHER *Obs. for. P. I. Obs. 157.*

Adde L. 6. L. 33. pr. D. de donat.

d) De animo donandi non praesumendo, confer.

MENKEN *syst. iur. civ. L. 39. t. 5. §. 4.*

iuncto GOTHOFRED. ad ad Cod. Theod. L. VIII. t. 12. T. 2. p. 611. edit. antiq. p. 642. edit. Ritt.

SCHAVMBURG. ad Str. L. 2. tit. 10. aph. 14.

e) teste L. 20. C. de donat. ant. nupt.

GOTHOFRED. ad Cod. Theod. L. III. t. 13. V. I. p. 305. edit. antiq. p. 347. edit. Ritt.

IDEM ad L. cit. f. litt. Z.



Adde L. 35. §. 5. *Cod. de donat. i.* L. 6. *Cod. de dot. pr.*  
in quam posteriorem commentatus est

GOTHFRED. ad *Cod. Theod. L. III. t. 13. V. 1.*  
p. 305. et 306. edit. antiq. p. 347 et 48. edit.  
Ritt.

f) Ita sunt perpendenda, quae speciali dissertatione  
de *donationibus necessariis*, exposuit

LEYSER. *medit. ad Pand. spec.* 435.

---

PARS SPECIALIS.  
TRACTATIO.

---

SECTIO I.  
IPSA TRACTATIO.

---

CAPVT I.

DE DONATIONEM REVOCANDI CAVSSARVM  
FVNDAMENTO ATQVE EFFECTV  
IN GENERE.

§. II.

Quod satis videtur, cum dotis, tam per se,  
quam ad donationis habito naturam respectu  
expofuerimus indolem, parte tractationis  
absoluta generali, ad, ipsius quod in titulo  
prostat, argumentum, eamque, quam praec-

*Donatio-  
nem reuo-  
candi*



fert, num et quatenus dos ex natura donationis reuocari queat, discutiendam, progredimur, quaestionem. Cui lubenter eoque satisfaciamus ordine, vt, postquam donationes in genere reuocandi caussarum et *fundamentum* et *numerum* indicauerimus atque *effectum*, his quatenus in *dote* debeatur locus, in altero capite indagemus.

§. 12.

I. *Causarum fundamentum* Conuentiones rite legitimeque initas, quarum in numerum donationes sine dubio  
 I. *remotum* pertinere videntur, *mutuo* tantum, nequam  
 a. *quid?* autem vnus dissolui *dissensu* earumque tolli effectus, inter omnes licet constare arbitrer, eam tamen, errabis, sin ita dixeris firmam esse atque iuris tam naturalis, quam positiui munitam principiis regulam, vt nullis limitibus circumscripta, quasvis excludat exceptiones. Primo enim earum omnium loco, *clausula* cum ponenda videatur *rebus sic stantibus*, eaque, si quas-

cun-



cunque titulus Codicis *de reuocandis donatio-  
nibus*, donationem reuocandi exhibet, pau-  
lulum perspexeris *cauffas*, omnes *niti* intelli-  
gantur, circa illam quomodo res sese habeat,  
qua uti solemus, eadem paucis indicare lice-  
bit, breuitate.

## §. 13.

Siue enim *pacto*, siue *lege* nitatur, obli-  
gationis vltimum, cum *voluntas obligati* con-  
stituatur fundamentum, *hac* vel *ab initio* vel  
*ex post deficiente*, non solum, *nullo*, quod  
*consensus* operatur, adstringitur *vinculo*, a)  
sed *praestitum* quoque, cum id accipiens  
absque vlllo titulo, vllaue *dantis* possideat  
*voluntate*, ab ipso iuuante quandoque rebus  
sic stantibus clausula, nisi rerum naturae,  
legisue specialis eiusdem vsui obstet disposi-  
tio, conditione sine *caussa repeti* posse, b)  
in aperto est. Cuius, vt in omnibus, ita  
in *lucratiuis* maxime negotiis, cum summum  
clausulae nemo negauerit vsum, horum vero  
pri-

b. clausulae  
r. f. f. quae  
indoler?



primam, non sit dubitandum, quin in classem merito referantur donationes, in his quid operetur, quo gaudeat effectu citata, quotque inde proxima proficiantur, donationes reuocandi causarum fundamenta, iam breuiter vt scrutemur, dissertationis exposcit argumentum.

a) In omnibus contractibus, tacite subintelligi clausulam: si res in eo statu permanferit, testis est

WERNHER. *Obs. for.* P. 10. O. 279. n. 3. p. 483.

P. 3. *Obs.* 234. pag. 601.

proptereaque casum fortuitum suscipientem de casibus insolitissimis teneri, negat

IDEM P. 2. *Obs.* 420. p. 810. i.

GAIL. L. 2. *Obs.* 52. n. 27.

atque ob calamitatem circa fructus accidentem, pro rata retinere conductorem mercedem, testatur

WERNHER P. 4. *Obs.* 214. n. 132 seq. p. 558 seq.

b) Contractui cum satisfactum, clausulae r. f. ff. locum esse, negat

KOPP. *diff. de claus. r. f. ff. c. I. §. 38.*

cui vero non solum ipsa rei natura, sed quoque ea obflare videtur, quam illa niti intelligimus,

L. 3. *Cod. locati conducti*

quae, cum, ob ipsius rationem, ad commodatum in praxi extendatur, cur, eadem quin ad donationes trahenda, dubitandum, non video.



## §. 14.

Duplicem earum, cum alias *donatarii*,  
 alias *donatoris* respicere legamus personam,  
 quum fontem esse, censeamus, *proximum*,  
 eiusque alterum *illius ingratitudinem*, alterum  
 vero *donantis* constituere videamus *indigen-  
 tiam*, vnusquisque eorum quid nobis ope-  
 rari videatur, per singula, monstrabimus,  
 eundo.

2. pròxi-  
 mum quo-  
 tplex?

## §. 15.

Quinque in Legem finalem Cod. de  
 reuoc. donat. ingratitudinis, Iustinianum  
 contulisse, exempla, tantum meminisse, suffi-  
 ciat. a) Siue enim atroces in donatorem  
 donatarius effuderit *iniurias*, siue impias ipsi  
 intulerit *manus*, siue opibus aut vitae *infi-  
 diauerit*, aut *fidei* satisfacere recusauerit *datae*,  
 fregeritue eam, b) — omne, quodcunque c)  
 in alterum donans contulerit beneficium,  
 ipsi reuocare licere, statuit imperator. De  
 quarum caussarum similibus vel adeo maio-  
 ribus

II. Caussae.  
 1. ingrati-  
 tudinis  
 2. exempla  
 a. quae?

β. quid de  
 similibus  
 statuen-  
 dum?



ribus admittendis, cum ingratitude *modum*  
 lex tantum determinare voluerit, eiusdem  
 iuuante ratione, quam interpretes mouerunt,  
 omnem *ex indole clausulae rebus sic stantibus*,  
 diiudicandam, censemus, controuersiam. d)

a) §. 2. I. de donat.

Conf. GOTHOFRED. ad *Cod. Theod.* L. VIII. t. 12.  
 V. II. p. 624 et 25. edit. a. p. 655 seq. edit. R.

b) Diff. quodammodo

IDEM l. c. p. 621. e. a. p. 663. e. R.

WERNHER. *Obs. for.* P. VII. O. 45. n. 107 seq.

Quoniam autem pacti, violatio, donationi adiecti,  
 duplici, praesertim cum dolosa est, voluntatem  
 tollere valet donantis, respectu, huc eam ali-  
 quando pertinere, non negabis.

c) Diff. WERNHER. P. 3. *Obs.* 29. P. I. *Obs.* 66.

d) Vid. MENKEN *syst. i. ciu.* L. 39. t. 5. §. 17.

WERNHER. P. 1. *Obs.* 66. n. 1.

§. 16.

b. quis effe-  
 ctus?

Eadem denique regula duce, quod legis  
 ipsius testantur verba citatae, cum ingrato  
 nemo videatur exhibere voluisse beneficium,  
*omne*, quodcunque in illum donans contulit  
 mu-



munus, ingratitude iusta emergente, iudicique sufficienter probata causa, *in solidum* a donatore posse reuocari, cognoscimus.

## §. 17.

Quoad ingratitude quae diximus, <sup>2. indignatio donantis</sup> cum nostrae sufficere videantur menti, ad alterum, cuius nomine donantis indicaui. <sup>a. quotuplex?</sup> *indigentiam*, properare licebit fontem; *duplique* quoniam haec consideranda, non solum ad donatoris, sed alius quoque habito *respectu* personam, in propriam ea, atque alienam donantis, quin iure dispescatur optimo, cum in dubium a nemine vocari posse, arbitremur, in vnaquaque, quid iuris obtinere nobis videatur, hoc loco breuiter duximus exponendum.

## §. 18.

Quod *propriam* donantis attinet *indigentiam*, hac sine ipsius emergente culpa <sup>a. circa propriam quid obtinet?</sup> non solum donationem promissam quodam-

D modo



modo *retinere*, b) sed, si quid eo nomine fuerit praestitum, iuuante, quibus *illud* statuere placuit, iam legum ratione, c) adspirante summa aequitate, accedente denique ea, quam supra definiuimus, rebus sic stantibus clausula, a donatario donans quin *in tantum repetere* valeat, nullus dubito. d)

b) Conf. WERNHER. *diff. de benef. comp.* c. I th. 4. §. 6. in *Obs. for.* V. 7. Suppl. ad P. 7. O. 85. p. 706.

KOPP. *de claus. r. f. st.* §. 34.

b) L. 12. L. 33. D. de donat. L. 19. §. 1. L. 30. L. 50. D. de re iudic. L. 28. D. de R. I.

c) Quo praecipue spectat

L. 19. §. 1. D. L. 50. D. de re iudic.

d) Iungatur §. 13. n. 2.

§. 19.

β. circa  
alienam  
quid?

Α. in ge-  
nere,

Supereff, vt, cum de propria satis locuti simus donantis indigentia, quid circa *alienam eiusdem* obtineat *inopiam*, pauca pro instituti differamus ratione. Verbis licet quasi inesse miraberis *contradictionem*, sin tamen, eiusmodi in orbe terrarum existare, cogitaueris, ho-



homines, qui eo nobis vel sanguinis, vel matrimonii, vel alio quocunque iuncti sunt *vinculo*, a) vt ipsi egestate laborare, quam eosdem fame perire malimus, errore primo intuitu lapsum te, lubenter fateberis.

a) Quo tendit L. 8. §. fin. D. quod metus causs.

WERNHER. diss. de beneficio compet. Cap. 4. th. 3. §. 5. in *Obs. for.* Vol. 7. Suppl. ad P. 7. *Obs.* 85. p. 706.

§. 20.

His ne diu immorari velim enumerandis personis, *circa liberos* quid iuris, vt tradamus, id quod per L. 8. C. de reuoc. donat. praeter ingratitude, *prolis* alterum superuenientiae inesse fundamentum, putarunt doctores, a) exposcere cum videatur, pauca quidem ita tamen de eo afferre placet, vt, nequaquam inhaerentes legis citatae verbis, ipsius de usu, iure tam romano, quam ho-

B. liberorum

dierno, quid sentiendum censeamus, miramur ea de re, quum optimi iuris ciuilibus interpre-



tes mouerint litem, intuitu liberorum ante donationem factam natorum paucis expositis, solita verborum exhibeamus breuitate.

a) Quibus fauere praxin, affirmat

ZAVNSCHLIFFER *diff. de reuoc. donat.* §. 27.  
Marb. 1700.

licet de iure stricto L. 8. verba ultra patronos extendenda esse, recte quodammodo neget, iung. §. 25 et 26. Adde

SCHELLHORN *de opinata donat. ob superuen. liberos reuocat.* §. 12 seqq. Goett. 1747.

§. 21.

a. tempore  
factae do-  
nationis  
exstan-  
tium?

Quae jam tempore factae donationis ex-  
stitit, ea de prole idem, quod de propria  
diximus valere indigentia, eo, quod *artifis-*  
*simum* parentes intet et liberos esse §. 79.  
exposuimus, cum ex *vinculo* appareat, a)  
nexus gratia haec tantum tradidisse, sufficiat.

a) Iunge, quem ad §. 19. allegauimus,  
WERNHER. C. 4. th. 3. §. 7.

§. 22.

b. superue-  
nientium?

Ad ipsam itaque, quam L. 8. *Cod. de reuoc. donat.* interpretibus praetulit, transgre-



gredimur facem, quam licet multi extinguere tentauerint nouiores, a) stricte tamen seruare videmus praxin, a qua, cum nullo non nitatur iure, cur *proorsus non* sit abhorrendum, paucis quidem, attamen ita docebimus, vt ipsa *rei natura* pro nostra militante sententia, ad quas dissentientes confugiunt, demoliri studeamus arces.

a) Inter quos eminet, verborum tamen nimis abundans eleganti copia,

SCHELLHORN *de opinata donat. ob liber. superu. reuocatione*, Goetting. 1747.

Cui GOTHOFRED. *Cod. Theod. L. VIII. t. 12. Vol. 2.*

p. 626 — 29. edit. antiq. p. 657 — 60. edit. Ritt.

magnum praetulisse lumen, vtrumque sibi inuicem iungendo scriptum, videbis.

§. 23.

Omne ius, nisi specialis iuris obstet *po- aa. ex rei*  
*stini dispositio*, ex *iuris naturalis*, aut quod *natura?*  
 idem videtur, ex sanae cuiusuis rationis esse  
 hauriendum principiis, quod eadem duce  
 cognoscis, id tantum si bene tibi mandaue-  
 ris



ris principium, — eaque reperere velis, quae supra de clausula diximus rebus sic stantibus, lubricis admodum, tibi persuadebis, illos niti argumentis. Quae enim de legis citatae *inscriptione* arctissimoque, quod inter patronum versatur atque libertum, *vinculo*, de *faciliore* donationis in libertum collatae *revocatione*, aut de eo, quod ea de re omne Corpus iuris ciuillis seruare videmus, *silentio*, *donatoreue ad inopiam redacto* afferunt aduersarii, a) paululum inspexeris argumenta, eadem refutanti quae iam adduximus sufficere, censemus.

a) Ea habet SCHELLHORN diff. cit. §. 13 seqq. quibus quaedam addidit

SCHAVMBURG. ad Str. L. 2. t. 10. §. 21.  
dissentiens „ non ideo solum, quod lex de certis  
„ personis, et certo casu disponens extensionum  
„ regulariter non admittat, sed et praetera superue-  
„ nientia liberorum in eo, qui animum liberos pro-  
„ creandi adhuc retinet, ad non cogitata referri ne-  
„ queat. „ Quae dubia vt remoueantur, vid. §. 25,  
26, et 24. i. §. 13. Quid enim interest, num de  
liberis procreandis cogitauerit nec ne, nisi sobolis  
superuenientia inopiae ipsa dederit causam,



## §. 24.

Num vero prolis superuenientia, praeter patronum, de quo tantum ob arctissimum vinculum lex loquitur pluries citata, iure quoque *ciuili*, in aliis donationem constituat reuocandi causam, in ea cum diiudicanda, admodum vel ii, qui nostris stant a partibus, haesitent quaestione; eandem ob *L. 35. C. de donat.* quae omnem *stricti iuris* donationibus exuit qualitatem, nobis affirmendam videri, non praetermittendum esse, duximus. a)

bb. de iura  
ciuili?

a) Stipulationum, quibus valide tantum donationis iure romano fieri potuisse promissionem, vel ipsa testatur *L. 35. C. § 5. de donat. i. L. 22. D. eod.*

GOTHFRED. ad *Cod. Theod. L. VIII. tit. 12.*  
Vol. II. p. 621. edit. antiq. et 653. edit. Ritt.

KOCH. comm. de *euictione in donat. non indistincte praestanda*, §. 3. Corr. III. Schol. in f. adde n. I. litt. a.

obstantibus *L. 4. L. 10. D. L. 6. Cod. de donationib. i. L. 1. pr. D. de V. O. §. 11. I. de inutil. stip. pr. et §. 1. I. de V. O.*

collata vero GLOSS. in *L. 6. Cod. de donat.*

eum



cum ea fuerit natura, vt in iis, ex iure stricto diiudicandis, *impedimentum consensus* non nisi nudam produceret exceptionem,

*L. 36. D. de Verb. Oblig.*

hac sola via, nostram, quam *ad instar doli* vel in totum, vel pro parte voluntatem tollere supra vidimus, clausulam, sequitur, in iudicium deduci potuisse. Vt illius vero ex capite per restitutionem in integrum laesis succurrit praetor, ita speciali quoque priuilegio, cum indignum satis videretur, in negotiis cum liberto gestis stricti iuris *patronum* diiudicari ex principiis, ob superuenientiam liberorum, donationem reuocandi concessam illi, legimus, licentiam.

*L. 8. Cod. de reuoc. donat.*

Quam, priuilegia vltra concedentis licet non sint interpretanda mentem, hanc vero tam in fauorabilibus, quam in odiosis, cum seruandam esse sciamus, ad patronum facultatibus lapsum quidem, ita tamen extendendam putamus, vt cum specialis, quae libertum patrono iuberet alimenta praestare, legis extiterit dispositio, ex clausula rebus sic stantibus omnia fuisse diiudicanda, censeamus.

*L. 5. §. 20. L. fin. D. de agnosc. et alend. liber.*

*SHELLHORN de opinata donat. ob superu.*

*liberos reuocat. §. 16. not. 9.*

Contra ius strictum, praeter *L. 8.* cit. aliud aduersus ingratos odiosum *L. fin. C. de reuoc. donat.* in fauorem donantis, speciale eiusdem modi, licet sit constitutum.



stitutum privilegium, legum earum vero cum *illius*  
in singulari libertum inter ac patronum vinculo,

SCHELLHORN *diff. cit.* §. 16 — 19.

*huius* autem in iusta ingratitude coercitione fit  
ponenda ratio,

GOTHOFRED. ad *Cod. Theod.* L. VIII. tit. 12.

Vol. II. p. 625 edit. ant. et 657 edit. Ritt.

ultra hanc quoniam verba non extendenda, eorun-  
dem dispositioni, iure antiquo romano in donantis  
indigentia nulla, praeter patronum, locum fuisse,  
proptereaque praestitam donanti non licuisse reuo-  
care, apparet, donationem. Beneficium itaque, cum  
donatori tantum esset *competentiae*, non ad ipsius  
restringendum personam, sed ad liberos aliosue  
similes extendendum, (iunge §. 19.)

WERNHER. *diff. de beneficio compet. in Obs. for.*

*Vol. VII. Suppl. ad P. 7. Obs. 85.* p. 706.

Cap. 4. th. 3. §. 5.

iuris huius antiqui defectui plene succurrit Iusti-  
nianus, donationibus omnem fere stricti iuris adi-  
mendo qualitatem, dum, praeter stipulationem, ex  
pacto in iis quoque, qua legitimo firmam statueret  
ori obligationem, omnibusque itaque clausulae r. f. ff.  
locum reliquit effectibus.

L. 35. §. 5. *Cod. de donation. iunct.*

SCHAUMBURG. ad *Struu. iurispr. R. G. for.*

L. 3. tit. 3. *aph. 4.*

STRYK. ad *Lauterb. L. 2. t. 14. f. verb. hered. pet.*

KOCH. 1. c. §. 3. *Corr. III. Schol. n. 1. litt. a.*

E

§. 25.



## §. 25.

b. quo gau-  
det effectu  
a. in ge-  
nere?

Propriae *idem*, ac alienae donantis, cum indigentiae sit tribuendus effectus, quid circa eundem nobis videatur, atque in quantum vtriusque ob causam donatio reuocari queat, in fine huius capituli exponendum esse censuimus. — Quamcumque vniuersamque semper, qui sibi persuadet, reuocari posse donationem, summo eundem labi putamus errore, atque omnem ex ea, quam deduximus, clausula rebus sic stantibus rem decidendam sciat, ipsique eadem, non nisi *quantum leuandae sufficit inopiae* petere licere, ibique ab *ultimo incipiendum esse munere*, vtramque suppeditabit regulam. a)

a) Ratio in promptu est. In plures enim qui contulit donationes, ad inopiam redacti, vltimi muneris tantum intuitu, deficit voluntas, cum nisi hoc alteri exhibuisset, non premeretur egestate. Huic vero tantum leuandae regulariter r. f. ff. inseruit clausula.

## §. 26.

¶ in specie  
quid de  
usu L. 8.

Qui nobis ipsam L. 8. cit. de omni donatione ad donatorem reuertenda loquentis, ob-



obstare putat dispositionem, ad eandem, noscat, *erronee* nobis praxin confugere videri, cum, ob stipulationis rigorem, ultra verba non extendenda, omni prorsus hodierno destituatur usu. a)

*C. de reuoc.  
sent. ipsius  
sentien-  
dum?*

a) Nec obstare videtur, qua usum legis octavae corroborare student dissentientes,

*L. 30. Cod. de fideicom.*

Summam enim, quem fugit, fideicommissa inter atque donationes, heredis inter ac donatoris liberos esse differentiam? — Ex lege, speciali de casu disponente num generalis est trahenda regula? — Heredum ab intestato fauor num tam late, et ad munera adeo titulus in alterum singulari translata extendendus? — De prole non cogitasse, liberisque tantopere prospicere maluisse, vnde probabit testator? — Lex 30. cit. de tacita fideicommissis adiecta loquitur conditione, testatoremque de prolis superuentia cogitasse, supponit. Nos autem de voluntatis agimus defectu. — Quodsi donator expresse adeo conditionem adiecit: nisi liberi nascantur, num clausulae locus est r. f. ff.? — Num ab initio ea de re non cogitauit? — Numne ob conditionem potius donationi adiectam reuocabitur vel retinebitur donatio? Tum enim non in defectu voluntatis clausulae r. f. ff. est ponenda ratio, sed id conditio



operatur adiecta. Hanc autem tacite adiecisse donatorem ex factis concludentibus est probandum. Ea- que non praesumuntur. — Quodsi de prole cogitavit, quare pure donavit; — numne potius eo ipso iuri suo renunciauit? Ad renunciata autem non patet regressus. Haec satis abundeque demonstrant, nullum L. 30 citatae intuitu reuocandae donationis esse concedendum locum. Cum nec itaque donanti, totum ob superuentiam liberorum repetenti vel retinenti munus, rei faueat natura, atque clausula r. s. ff. eatenus tantum succurrat donatori, quatenus ei locum esse probari valet, difficillima autem haec ultra inopiam subleuandam sit probatio, iusta ex causa Legi 8, nos usum denegasse, vides.

## CAPVT II.

DE DOTE EX NATVRA DONATIONIS VI  
CLAVSVLAE REBVS SIC STANTIBVS  
REVOCANDA.

## §. 27.

**I** Generalia  
quaedam  
l. de do  
minii re-  
vocabilis  
distin-  
ctio  
a, in genere

Praemissa haec generalia sequuntur spe-  
cialia. Rubrum vero capitis antequam tan-  
gamus ipsum, quam practici dominii *reuo-  
cabilis* statuerunt, exponenda videtur distin-  
ctio. Quatenus enim vel aduersus quem-  
cun-



DE DOTE EX NATVRA DONAT. VI CLAVS. 37

cunque possessorem, vel contra eum tantum  
reuocans experiri valet, qui origenetenus  
rem ipsi refert acceptam, eatenus vel *ex  
tunc*, vel *ex nunc* reuocari, aiunt, dominium,  
ita vt cum non nisi reuocabile tradens ab  
initio conferre intendit, *illa*, alias vero *hac*  
idem repetendum defendant ratione; quam  
tamen non omni regulam carere exceptione,  
ex iis apparebit, quae de clausula iam  
notanda sunt rebus sic stantibus.

§. 28.

Eum huic inter alios cum esse, noscamus, b. ad clau-  
sulam r. f. stantibus applican-  
da.  
effectum, vt quam rem alteri praestitimus,  
ope reuocare queamus eiusdem, ius ibi  
alterius num *ex tunc* an *ex nunc* resoluatur,  
practicorum vt vtar loquendi more, pro  
instituti paululum dispicere placet ratione.  
Dantis h. l. *voluntate* niti si perpenderit  
titulum, eumque constituere cogitaueris  
*causam*, qua deficiente rem apud alterum  
constitutam ab eodem repeti posse, supra  
do-



docuimus, illius ex post per modum clausulae  
*r. f. st. exorto defectu hanc, sequitur labefactari,*  
 atque non nisi ad tempus emergentis clausulae  
 vllum vnquam rem possidendi ius cum habue-  
 rit alter, plusque iuris transferre nequeat,  
 quam quo ipse pollet, diutius possidendi ius  
 alii *concedere non potuisse*, fonteque igitur  
 exhausto, originem ex illo qui trahit, perire  
 riuulum, resolutoque iure dantis, ius intel-  
 ligimus extingui accipientis; a) Eique,  
 quoniam eius ex titulo alterius debilitato  
 profecta caussa ipsa prorsus laborat nulli-  
 tate, contra vindicantem nulla cum tutus  
 sit exceptione, ad euictionem tantum prae-  
 standam aduersus auctorem interdum expe-  
 riri, licebit.

a) Quibus omnibus legum ipsarum adeo Codicis non  
 minus, quam Digestorum ob stare videntur disposi-  
 tiones. Ob ingratitude enim dotem neutiquam  
 reuocari posse, nudis verbis testantur

*L. 69. §. 6. D. L. 24. C. de iure dot.*

Quas autem omni iure iam Romano destitui vsu, ea  
 legendo, tibi persuadebis, quae quoad rationem

L.



L. fin. C. de reuoc. don. per L. 35. §. 5. C. de donat.  
et L. 22. D. eod. in nota diximus ad §. 24.

§. 29.

Cuius iam supra breuiter factam esse <sup>2. de dotis</sup> recordaberis mentionem, dotis semper eam <sup>a. dominio</sup> esse videmus naturam, vt, ad ferenda matri- <sup>ciuili.</sup> monii onera, ipſius in maritum tranſeat vſufructus, quem, eminentiores propter effectus domini *ciuilis* venire nomine, a) quaque ratione non modo omnem illius in hunc redundare legimus vtilitatem, b) ſed reivindicationem inſtituendi, omnibusque iis durantibus nuptiis c) *exercendis* eum conſtat poſſere iuribus, quorum ipſi vero domino non negandus complexus d) Quo vero non ipſo ſed eiſdem tantum eum maritum gaudere videas, exercitio, ciuilem tantum ſ. quaſi eum iuſto vocabis rerum dotalium dominum. e)

a) Vid. pr. I. quib. alien. licet vel non.

b) Vid. L. 20. Cod. de i. dot. L. 7. D. eod. L. 10. §. 2 et 3. eod. i. L. 21. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.

Quam



Quam num vxori cedere queat, diiudicandum ex  
L. 50. in f. D. de donat. int. vir. et vxor.

c) Conf. L. 7. §. 3. D. de i. dot.  
t. t. D. soluto matrim.

Durante coniugii vinculo dos repeti nequit, nisi  
lex alia statuerit, teste

Nou. 22. c. 39. i. L. 24. pr. D. sol. matr.

L. 29. C. de iure dot. L. 30. in f. eod.

L. 73. §. 1. D. de iure dot. L. 21. D. soluto matr.

Adde L. 21. in f. C. de SS. ecclesiis.

d) Vid. L. 7. §. 3. D. de iure dot. i. L. 9. C. de R. V.  
adde L. 75. D. de i. dot. L. 2. C. de O. et A.

e) CARPZOV. in Resp. L. 6. t. 6. r. 50. n. 3. et in  
Decif. 57. p. 18.

Quod vt distinctius tibi cogites, notes 1) Fundum  
dotalem nullo modo alienare valet maritus, licet  
quam maxime consentiat vxor,

L. un. §. 15. C. de R. V. A.

LAVTERB. Coll. th. pr. L. 23. t. 3. §. 35.

2) periculum rerum dotalium non sustinet, nisi ven-  
ditionis gratia fuerint aestimatae

L. 10. pr. L. 12. §. 1. in f. D. L. 10. C. de iure dot.

nuptiaeque sint secutae, vel illae sint fungibiles,

L. 10. §. 4. et 5. D. eod.

Idem l. cit. §. 37.

3) Dolum et culpam leuem praestat in abstracto

L. 18. §. 1. in f. D. L. 66. pr. L. ult. D. solut. matr.



DE DOTE EX NATVRA DONAT. VI CLAVS. 41

non in concreto, nisi ad augendam diligentiam,

L. 24. §. 5. f. v. attamen — — D. soluto matrim.

L. 17. §. 1. f. v. sed etiam — D. soluto matr.

quam nec pacto remitti posse obligationem, testatur

L. 6. D. de pact. dotal. i. L. 1. D. solut. matr.

LAVTERBACH. Colleg. theor. pract.

L. 23. t. 3. §. 36. in fine.

BERGER. Oec. iur. L. I. t. 3. §. 10. n. 17.

§. 30.

Cui dominium quod opponitur *natu-* b. rat. do-  
*rale* s. *quiescens*, huius intuitu cum varie *minii na-*  
quodammodo dotis fieri possit constitutio, *turalis*  
paullulum huic vt immoremur, instituti ex- *varia con-*  
poscere, censemus, rationem. — Penes vxor- *stitutione.*  
em saepius licet illud versetur, semper eidem  
ne tamentribuendum esse putes, a) sed  
accuratius rem perspiciens, quominus id  
dotans retinere, aut in extraneum, aut ipsum  
denique transferre queat maritum, b) dotis  
non impedire, tibi persuadebis, naturam. c)  
Per singula itaque eundo, quid in ea vi  
clausulae obtineat rebus sic stantibus, iam  
vt monstremus, nostrum esse, putauimus.

a) Obflare videtur L. 30. C. de iure dot. et communis  
doctrina BERGER Oec. iur. L. I. t. 3. §. 10.

F

b)



b) Res huc quodammodo pertinent venditionis gratia eaque mente aestimatae, vt plenum earum in maritum transferatur dominium,

*L. 5. L. 10. Cod. de iure dot.*

qualem in dubio non factam videri aestimationem, testatur

*L. 21. C. de i. dot.*

dissentiente

STRYK. ad Lauterb. tit. de iure dot. f. v. praefumitur.

c) Cessat tum quodammodo dispositio,

*L. 29. et 30. Cod. de i. dot.*

nec vxori reiuindicationem insituendi, ius competit ex

*L. 3. C. de r. vind.*

CARPZOV. decis. 57. n. 18.

§. 31.

II. Specia-

lia

I. de dote

reuocanda

a. ob do-

tantis

inopi-

am.

Donationis vel hic inhaerentes naturae, eiusdem duo reuocandae supra cum indicauerimus fundamenta, dos quatenus ob ingratitudinem, dotantisue reuocari queat indigentiam, iam paucis tradamus. Quod tam propriam huius quam alienam attinet *inopiam*, in ea cum singulare dotis nil inferat indoles, iis quae in donatione generaliter supra



supra obtinere diximus, ne hic repetendis diutius immoremur, ciuileque dotis non minus quam naturale eiusdem quodammodo quin reuocari possit dominium, dubio cum omni carere videatur, haec nexus tantum gratia sufficiat adduxisse.

## §. 32.

Quam itaque donatarii suppeditat *ingra-* b. ob *ingra-*  
*titudo*, ad alteram donationes reuocandi *titudinem*  
causam prouolare, ob eamque vi clausulae quoad do-  
rebus sit stantibus dotis primo loco *ciuile* minium  
quatenus reuocari queat dominium, paullu- a. *ciuile.*  
lum dispicere, placet. Quo intuitu vxoris licet fruatur maritus, illam vel indotatam cum alere, matrimoniique ferre teneatur onera, huius existente ingratitude, ipsius tantum, non vxoris in fauorem ciuile dotis constitutum dominium optimo dotans quin reuocet iure, nemo dubitabit. a)

a) Ex clausulae r. f. ff. natura rem omnem diiudicando non errabis, quam deesse intelligimus, cum in vti-



litatem maxime vxoris, dos quoad ciuile constituitur dominium, eaque ingratitude non existit rea.

## §. 33.

*b. naturale.*

*Quiescentis* intuitu dominii quatruplici modo cum constitui posse, videris, dotem, nisi naturale eius sit *translatum* dominium, huic adimendo nullum esse fateberis locum. Quatenus autem vel extraneus, vel vxor, vel maritus ingratitude existit reus, eatenus aut ab isto, aut illa, aut hoc cum illud repeti posse, per se pateat, amplius huic rei non inhaerentes, de dotis *reuocatae* effectu pauca differamus.

## §. 34.

*2. de dotis  
reuocatae  
effectu.*

Matrimonii cum ob clausulam rebus sic stantibus iure positio non dissoluatur vinculum, idque propterea nec dotis operetur reuocatio, quis alius eidem sit tribuendus effectus, docebimus paucis. Nisi itaque maritus in culpa versetur, doteue non omni sed parte tantum reuocata, nuptiarum one-



oneribus reliquum sufficiat pro dignitate vxoris maritique ferendis, *aliam* vel a patre vel vxore esse dotem constituendam, interdumque *ad interesse* dari actionem, iuris esse videtur notissimi. a)

a). Videatur

L. 19. D. de ritu nupt. L. fin. C. de dot. prom. i.

L. 1. C. de i. dot. collatis

L. 60. L. 61 et 69. §. 5. D. eod.

Donanti vero matrimonii nullatenus obfarcere putamus fauorem. Quod enim summi momenti videtur, hoc facile remoueri posse, arbitramur, dubium. — R. s. ff. eum clausulae, supra vidimus, esse effectum, vt deficiat voluntas, atque res sine causa interdum sit penes alterum, ac si nunquam interuenisset titulus. Hic illius ergo euanescent ope. Ponamus itaque, foeminam inuenisse thesaurum, eoque alteri in dotem constituto, cum ipso celebrasse coniugium. Num dominus rem suam antea defossam postea vindicans per matrimonii impeditur sanctitatem? — sine dote partes licet non contraxisset nuptias. — Cerebrina admodum haec esse videtur aequitas. Eadem vero ad clausulam r. s. ff. applicando, non errabis.

## SECTIO



SECTIO II.  
INCIDENTIA QVAEDAM.

MEMBRVM I.  
DE IIS, QVI PER CLAVSVLAM R. S. ST.  
IVRE REVOCANDI GAUDENT.

§. 35.

I. de perso-  
nis iure  
reuocandi  
gaudenti-  
bus.

Quod clausula vero suppeditat r. f. st.,  
id ipsi tantum donatori ne tribuendum esse,  
censeas, beneficium, sed quidquid ex iure  
ciuili in contrarium dicant alii, omnem  
ita, vt, nisi *defunctus* donator iuri suo *ante*  
*mortem* eo non vtendo renunciaffe videa-  
tur, quam instituere omisit, vel *ignotam*  
vel *nondum natam*, ab heredibus ipsius in  
iudicium deducendi ius exerceri queat,  
rem decidendam, putamus. a)

a) Quoad inopiam controuersa quodammodo inter  
viros obtinet doctos. Ingratitudinis autem ex  
caussa *heredibus donatoris*, cum legis ipsius  
obstent verba finalis, *iur quin sit denegan-*  
*dum*,



dum, ante nos neminem dubitasse, legimus. Hac vero in re nullo nos destitui iure, ex iis tibi persuadebis, quae ad L. 35. C. de donat. a nobis supra sunt annotata. Quid enim impedit, quominus — — —? Hodie num ad in-  
gratitudinem tantum coercendam L. f. C. de reuoc. donat. tendit, eamque ob causam, quod huc spectat, poenale vocari meretur remedium? — — Equidem maxime dubito.

## MEMBRVM II.

DE RENVNCIATIONIS IVSTITIA  
ET EFFECTV.

## §. 36.

Iuri suo licet quemlibet, in cuius fauorem illud est statutum, renunciare posse arbitremur, nec quoad clausulam idem obtinere, diffiteamur, nostram, haec tamen cum voluntatis nitatur defectu, eidemque causa non nisi ex hac sit tribuendus locus, circa eam ita rem sese omnem habere vides, vt, *vi quatenus non destituta, per renunciationem clausulae citatae extinguatur natura.* Nihilominus tamen circa illius quid iustitiam

II. De renun-  
ciationis  
I. effectu  
in genere.



am obtineat atque effectum, monstrabimus paucis.

## §. 37.

2. in specie  
a. quoad  
ingrati-  
tudinem  
a. iustitia.

Ingratitudinis ex caussa, *ob clausulam tantum r. s. st.* reuocari cum scias donationem, qua *imperfectam* autem obligationem, ad gratitudinem exhibendam iure nemo cogatur perfecto, illius extincta indole, pactum de propter ingratitude non reuocanda donatione, *specialis eo quatenus continetur renunciatio*, a) quin nec legibus nec bonis moribus contrarium, b) suo prorsus non destituatur effectum, non dubitabis.

- a) Quod ex circumstantiis diiudicandum. Ad incogitata enim cum non trahatur renunciatio, per eam defectus quatenus tollitur voluntatis clausulaeque nostrae extinguitur natura, eatenus tantum illam non destitutam esse, vides, effectum.
- b) Id nullius esse momenti, licet stipulatio vel iuramentum adeo accesserit, testantur

L. 4. C. de inutil. stip. L. 26. D. de V. O. et C. 58. de reg. iur. in 6.

Adde L. 1. §. 7. D. depositi. L. 6. C. de pactis.



## §. 38.

Quod, *non deficiente consensu*, donationis *b. effectu.*  
cum impedire videas reuocationem, huius  
intuitu, num gratum, an vero ingratum se  
praebeat donatarius, nil interesse atque non  
nisi damnum ab eo datum refarciendum,  
exque Lege Aquilia, iniuriarumue aliquando  
eundem teneri actione, publicamque, tibi  
persuadebis, *delinquenti* acerbius esse infli-  
gendam poenam.

## §. 39.

Quod donantis attinet indigentiam, cum *b. quoad*  
quoad propriam res per se pateat omnis, *a)*  
alienae intuitu, quibus alimenta a donatore  
debentur, ad ea praestanda iis contra hunc  
experiri licere, omnemque aduersus tertium  
*liberis, vno quidem patre*, non tamen eius  
*subsecuta morte*, ad donationem interdum  
vel *in totum*, vel *pro parte* rescindendam,  
actionem denegari, meminisse sufficiat. *b)*

a) teste

L. 29. C. de pactis.

G

b)



b) Testamenti ad imitationem inofficiosi, donationis introductam inofficiosae querelam, inque hac diiudicanda illius seruandam, testatur, naturam

*L. fin. C. de inoff. donat.*

In totum itaque cum inofficiosum esse queat testamentum, aut pro parte, illoque in casu heredis institutio omnis, in hoc vero tantum pro parte, mediante se. actione corruat expletoria, si eum in modum donatione paternae fuerint exhaustae facultates, ut ex iis nil ad heredes intuitu donantis pervenerit necessarios, rescindi donationem *in totum*, alias autem legitimam tantum, arbitramur, supplendam.

MEMBRUM III.

DE PROBATIONE INTUITU CLAVSVLAE  
R. S. ST. SVSCIPIENDA.

§. 40.

III. de proba-  
tione in-  
tuitu clau-  
sulae. f. ff.

Actori non minus, quam reo fundamenti, tam agendi, quam excipiendi, cum probationem incumbere constet, neganti tamen, quam affirmanti, difficilius illud iungatur onus, repetentique vel retinenti iuris quodammodo specialis, atque ab onere probandi liberans, fruatur praesumptio, a) donationem reuocandi causae cum reuocans  
semel



semel docuerit existentiam, nisi defectum r. f. st. clausulae probauerit alter, quod in donatarium contulit, id illum recuperari, non dubitabis, munus

- a) Quae ex iis legibus, quas tam quoad ingratitude, quam donantis inopiam supra adduximus, reique ipsius omnino haurienda videtur natura. Causam itaque clausulae r. f. st. *in illa fundatam* cum semel probauit donans, de hac cogitasse eundem, affirmanti incumbit probatio.

L. 2. D. de prob. et praef.

MEMBRVM IV.

DE REMEDIIS OB CLAUSVLAM R. S. ST. DONANTI COMPETENTIBVS.

§. 41.

Remediorum reuocanti competentium IV. de remediis ob clausulam r. f. st. donanti competentibus. intuitu, dissertationis in fine, coronidis loco pauca, censemus, tradenda. *Retentionis* itaque vt pollere eundem taceamus iure, actionis modo ipsius non obstat natura, *reiuindicatione* a) quin is vti, *conditioneque* experiri valeat sine causa, b) dubio carere omni, quae quoad indolem clausulae diximus rebus sic stantibus, deque hanc ob causam donatum

G 2

nium



nium reuocandi tradidimus modo, sedulo  
tibi persuadebis perpendendo. c)

a) Arg. L. 30. C. de i. d. L. II. §. I. D. quemad. seruit. omitt.

b) In genere huc pertinet

L. I. §. 2. D. de cond. sine caus.

Exemplum suggerit

L. 2. D. eod.

Ad inopiam in specie spectat

L. 3. D. eod.

Adde L. I. §. I. et L. 4. D. eod.

c) Per modum clausulae r. f. ff. voluntas desicit ex poss.  
Cessante voluntate corrumpitur titulus, et causa possidendi  
a parte donatarii, cuius vitium tertii causam ingre-  
ditur. Reuiviscit igitur dominium atque ius omne  
donantis. Quare conditione sine causa aduersus  
donatarium, reuindicatione aduersus tertium vitetur.  
Cui vero damus actionem, eidem quoque eadem  
ratione conceditur exceptio. Quae omnia ad oculos  
fere demonstrauimus §. 13. et §. 23.

T A N T V M.





Marburg, Diss., 1789/1800

ULB Halle

003 550 265



3

fb.  
f









Farbkarte #13

B.I.G.

INAVGVRALIS IVRIDICA  
E DOTE  
DONATIONIS REVOCANDA

1789, 4

QVAM  
MAGNIFICENTISSIMO  
MO AC POTENTISSIMO  
CIPE ET DOMINO  
DOMINO

# HELMO IX.

LANDGRAVIO RELIQ.  
EX INDVLTV  
RECONSVLTORVM ORDINIS  
VT  
CTORIS I. V.

DIGNITATEM  
ITIME CONSEQVATVR  
DEMIAE PROCERVVM EXAMINI  
c. AVG. M DCC LXXXIX.  
BLICE DEFENDENDAM  
SVBMITTET

FRIDERICVS WITTICH  
CASSELLIS HASSVS  
AVCTOR.

MARBVRGI  
S BAYRHOFFERI, ACAD. TYPOGRAPHI.

